



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

LIII. Ioannes Trithemivs Ab. Span. Dilecto In Christo Filio Nicolao Remitio  
suo salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

as non satis intelligat. Cogit de  
 cobo Trithemio, mihi quidem amica-  
 nij nobilis iacturam patitur. Nihil  
 des & ligna reuoluentes nullum pedum  
 omo est natura gracilis, ad philosophi-  
 ni se consecutum sperat, ab ista homi-  
 tuos qui in alienos semper claudunt  
 ac familiaris principibus cum his, non  
 ecclesiasticum, vnde vitam honeste cum  
 aditus es, pro tuis interueniens nullam  
 ulta. Ex Spira Idibus Nouembris Anno

tem.  
 reuertamur, quasi non vbiq; sit nobis  
 matrem delerere pro Dei amore pro-  
 rum omnium indicit. Nos enim que-  
 non vt curiales, sed potius vt confilio d  
 nis grauiora pericula formidamus. Quia  
 imus te minime latet, sub quorum de-  
 Cum his nonnulli ex nostris in infideli-  
 addiderunt, qui circumgyrantes man-  
 cuit ergo nobis ad tempus cedere mihi  
 eatenus presentia contulerit boni. Te  
 is, qui fuerint tantorum in nos auctores  
 is dicebantur, se omnes clamabant  
 s mei Philippo comiti Palatino quod  
 ni principis Ioachimi Marchionis Beu-  
 mus, ad festum Paschatis Deo laudate  
 los patrat contra nos temeritate bene-  
 uentem in sua pertinacia permansit. Et  
 ri non aliter quam haec tenus cum dicit  
 o, neque humiliabimus nos in iudicio no-  
 uidebimus nobis de alia mansione, vbi  
 ordine seruiamus. Iustam enim causam  
 illumus obliuisci, neque deinceps homo-  
 bis laesi, tantam in nos contumeliam  
 d pro Christi amore patientiam habere  
 vlcisci contumelias silentio transimus  
 nobis in despectum fecerunt necessitas  
 us ad manendum. Confidimus in Do-  
 in tribulatione clamantem, quoniam  
 m maiore pace & tranquillitate iustitiam  
 non delectant nos (vt tu arbitratu) curam  
 statumus adhaerere, quamquam nos de-  
 perpetuo refouendos. Hoc nobis con-  
 non loco figamus sed veritate. Quae  
 tempore pinguior allurgit. Vale & c.  
 Berlin octaua die mensis Ianuarii Anno

fidelis, Salutem.  
 tendae paternitatis tuae cum ingenti  
 tudine tua optimoq; statu apud prae-  
 & mecum fratres vniuersi. Sed ingenti  
 meo

me tristitia affectit mora tam diuturna reuersio nis tuae ad nos, quoniam propter tuam ab-  
 sentiam in magna tribulatione sumus, & ab omnibus vexamur, deridemur & blasphema-  
 mur, quasi nos causa simus indignationis tuae iustissime, magnusque clamor omnium sur-  
 rexit in nos, quod incendio seu perpetuo sumus digni exilio, quod fugauerimus Abbatem  
 nostrum virum bonum & sanctum, sapientem atque doctissimum sine causa. Tanta sunt  
 oblocutiones hominum contra nos, q; ignoramus quid nobis agendum sit, & vehemen-  
 ter timemus, q; in breui expellemur de monasterio. Tua vero paternitas nouit, q; praeter  
 filium perditionis, nullus nostrum fuit in causa, sed omnes vehementer potius dolemus, &  
 nunquam placuit nobis temerarium factum aemulorum. Iam dicunt omnes qui inter fue-  
 10 runt, q; non fecerint animo iniuriandi paternitati tuae, sed propter minas abbati montis S.  
 Jacobi factas a Magno & Friderico familiaribus nostris. Et in veritate credo quod ita sit,  
 quia nihil aliud in causa fuit vt caperentur quam comminationes. Officialis Ducis, qui sa-  
 tellites militiae iniquitatis suae misit in familiam nostram, de officio suo iam amotus est, &  
 in eius locum Vassallus tibi iuratus Meginhardus de Copenstein subrogatus est. Nominem  
 vero principis Palatini praefecturam tenet amantissimus tui Franciscus ab Sickingen, qui  
 ambo cum vicinis & amicis omnibus, max me tuum desiderant aduentum. Abbas quo-  
 que montis sancti Jacobi plus omnibus dolet absentiam tuam. Rogamus igitur quam hu-  
 milime reuerendissime amandissimeque pater, & per nomen Domini nostri Iesu Christi  
 suppliciter obsecramus, vt redire ad nos quantoties dignemini, nec propter crimen pau-  
 20 corum totum gregem ouium vestrorum deseratis. Cur fors tam diu permanses dulcissi-  
 me pater, cum nemo sit qui te ledere aut possit aut velit. Nam & Dux ille Ioannes te maxi-  
 me diligit, cupitque vt redeas, dicens se nihil vnquam mali contra tuam cogitasse perso-  
 nam. Omnes quoque fratres nostri, tuae paternitatis charissimi filii, tuum ad nos reditum  
 ardentissime desiderant, praeter ludam impiissimum traditorem. Qui tamen & ipse mul-  
 tum optare tuum aduentum se simular, sed mentitur iniquitas sibi, quod rei probabit e-  
 uentus. Scio enim quod de monasterio fugiet, mox vt tuam nobis paternitatem appro-  
 pinquantem audierit. Frater Ioannes Nurius senior noster & omnes fratres tuam salutem  
 desiderant seque humiliter commendant. Vale ex Spanheim 22. die mensis Nouembris.  
 Anno Domini M.D.V.

30

LIII.

IOANNES TRITHEMIVS AB. SPAN. DILECTO IN CHRISTO FILIO  
 Nicolao Remitio Priori suo salutem.

M O V I S S E N T a proposito mentem nostram litera tuae charissime filii, vt in media  
 hyeme reditum matralem nostrum ad patriam, nisi promissionis nostrae con-  
 ditio ad manendum diutius nos principi obligaret. Manendum enim in Pascha promissio  
 iubet, ne tantum principem rebus nostris optime fauentem contra vorum offendamus.  
 Scribis reditum nostrum desiderari a multis, credimus, & suo tempore sicuti promissimus  
 largiente domino reuertemur, experientiam capturi promissionum. Abbatem vero Mo-  
 40 guntinum nostram per amplius dolere absentiam satis admiramur, cum ipse omnium in  
 nos malorum principalis sit autor, ad cuius instantiam clandestinam & euentam fami-  
 liares nostri nobis in scandalum, & serenissimo principi nostro Palatino in odium & pra-  
 iudicium fuerunt capti. Neque memoria exciderunt verba quae nobis inculcare tentauit,  
 cum vltimo esset nobiscum: neque scriptorum eius oblitus sumus, quibus non solum no-  
 bis, verum & sacratissimis principibus Raymundo Cardinali apostolico legato, Archiepi-  
 scopo Coloniensi, Palatino comiti, & Marchionibus, imperati senis lingua non peper-  
 cit, quae si vel vni ex illis legenda exhibuissent, dudum temeritatis suae poenas dedisset. Ini-  
 quissime contra nos egit bonus ille abbas, & in odium aliorum nos, siue sciens siue nesciens  
 iniuste persecutus est. Indulgeat ei Deus & non imputet illi peccatum q; commisit contra  
 50 nos. Mira consideratio senis. De nostra dolet absentia, qui vt cederemus ad tempus inui-  
 diam declinantes primus consilium dedit. Quod autem hominum clamor surrexit contra  
 vos, nihil nos releuat, nec in aliquo delectat, sed contristat potius, pro illis maxime qui in-  
 ter vos malorum contra nos sunt innocentes. Scimus enim q; non omnes conspirastis in  
 nos, nec propterea vos omnes credimus innocentes. In omnibus his nihil nos adeo con-  
 tristat, q; innocentes cum noxijs blasphemari. Consolatur autem nos innocentia nostra,  
 cui vos testimonium etiam inimici dabit, quam iuste inter vos & sine offensione vixerim-  
 us, semper vestra vtilitatem nostro commodo praeposcentes. Postremo hortamur, vt di-  
 uinitatis cultum diligenter respicias, fratres sine rationabili causa non contristes, & te &

illos in monasterio religioſe contineas, & monaſticam obleruantiam inuiolatam cuſtodias. Fratres vt pro nobis orent ad Deum commonefacito, quos omnes in charitate leſu Chriſti ſalutamus. Vale ex Berliſi. 8. die menſis Ianuarij Anno Chriſtianorum, M. D. VI.

LV.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI IOANNI TRITHEMIO ABBATI  
*Spanhemienſi, Iacobus Tritheimus frater S.*

LITERÆ paternitatis tuæ ingens mihi attulerunt gaudium, quibus te ſanum & incolumem eſſe cognoui. Præterea ſcire ſtatum meum cupis. Teneto breuiter, mediocriſt est. Dei bonitate ſanus ſum, & ſine pecunia diues. Poſt tuum à Neometi reſeſſum ad Wachenheim veni, pauciſque ibidem diebus commoratus, mox perpendi homines & meorum obſequiorum & tuorum oblitus beneficiorum torui me vibrare ocellis, inuidenterque ſtudijs meis, ad lapides & lutum reuocare nolentem. Nolui ergo diutius manere cum hominibus ἀγαθῶν καὶ φειδωλῶν, qui nec beneficiorum ſunt memores, nec promiſſorum exhibitores. Abbati multis diebus vt noſti in Colonia ſcriptor ſeruiui, & propterea quos amicos habere poteram offendi, tempus apud illum mihi ſine fructu expendi, veſtimenta contriui, & nihil ab eo penitus pro mercede obrinui. Eccleſia, quam mihi assignare volebat, in ſalicum valle pauperriſima eſt, domus habitationis ſacerdotalis cum vico incendio conſumpta. Habeat eam ſibi & valeat, quia non eſt mihi animus apud illum manendi. V. 10 tinam tibi potius acquieuiſſem quam petitionibus eius, perrexiſſemque in Marchiam tecum, melius mihi foret, quam gratis illi ſeruiſſe. Contempta igitur vaniſſima ſpe Treuerim deſcendi & aliquandiu cum parentibus manſi, quouſque per ſingulos gradus ad ordinem ſacerdotalem proceſſi. Iam deinceps faciam quod hortaris, & cum Damio noſtro manebo donec venias. Vale ſanus. E Spira 11. die menſis Nouembris Anno 1505.

LVI.

IOANNI TRITHEMIO ABBATI SPANHEMII IACOBO TRITHEMIO FRATRI AMANTISSIMO, SALUTEM.

ADHUC Deo largiente valemus: ſi vales & tu bene eſt. Non latebat nos cui ſeruire, qui τὴν ἀγαθῆσαν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων quam optime nouimus dudum experti. Sed quoniam ita tibi complacuit, ſi perdidisti laborem, tibi noueris imputandum. Quamprimum poteris parentibus ſcribe, nos ſaluos & incolumes, & vt ſenectutis ſuæ curam habeant, nihil de nobis ſolliciti. Omnipotens Deus ſua miſeratione nobis vt conſidimus neceſſaria ſine parentum ſollicitudine prouidebit, etiam ſi ad Spanheim nunquam reuertamur. Remiſſus Prior humilia atque dulciſſima ſcripſit, cupiens nos ad monaſterium quantoties reuerti, cui reſcribentes verbis verba retulimus, donec mentes hominum plenius exploremus. Non enim deinceps facile credemus ſemel tam enormiter decepti. Cum ergo Neometim aut Budorim reuerſi fuerimus, agemus ne nos lateant fratrum animi, & tum demum quod nobis videbitur vtilius faciemus. Quod ſi manere foris contigerit, nihil ad nos, quippe qui carere ingrato monaſterio quam manere cum improbis ouibus magis eligimus. Vale ex Berliſi. 8. die menſis Ianuarij. Anno Chriſtianorum M. D. VI.

LVII.

THEODORICVS EPISCOPVS LVBECENSIS, IOANNI TRITHEMIO ABBATI SPANHEMII. SALUTEM.

QVOS ad te optimum patrem ſalutandū probos & inelytos philoſophos lambicum & Proclum cum cæteris pridem miſimus, quoniam ſe modo apud tuam paternitatem habeant, pro eorum honorificentia noſtroque in eos amore putauimus requirendū, cum vel officio iam prope ſuncti, vel quicquid tu ex eis requirendum putaueris, eo te potitum optimeque illis vſum pro ſua liberalitate; Tantaliſque phiala amicitie firmande gratia vos vberriſime potos arbitramur. Ne igitur vel ocio torpeſcant, vel nouis placidioribusque ſubintrantibus abiectiori loco contemptique, vt fieri ſolet, haberentur, pulueribusque ſordescerēt, reuocandos exiſtimauimus. Credimus etiam à te deſatigatos adeo, vt iam rigidior illis monaſtica illa, qua religioſe pater admodū vteris, cenſura pertaſa ſit plurimum. Quod ſi ita iudicaueris, tua eos pro honeſtate pace redire ſinito. Si autem tibi ad con-